



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXVII. Mutuum, Mutua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

num. 8. vol. 3. Cum non rectè sed dolo potius fieri præsumatur, quando mutatio fit, & ab eo, quod solitum est fieri, receditur, l. si quis sub conditione 7. ff. de condit. Inst. cap. quod super 7. de fid. instr. Bald. & Jas. in l. qui testament. C. de testam. Felin. & Dec. in cap. 2. de rescript. Cravett. conf. 321. num. 31. Decian. respons. 67. n. 15. lib. 3. Regner. Sixt. int. Conf. Marp. conf. 13. vol. 2. num. 11. Unde sicut circa temporalia animi mutatio non præsumitur, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 9. num. 12. & lib. 2. præf. 36. num. 2. ita multo minus in causis animæ salutem, conscientiam & integritatem concernentibus ea præsumenda erit, quia nemo dicte salutis animæ negligens censetur, ac anima cunctis rebus temporalibus sit præferenda. l. sancimus nemini 21. in fin. C. de SS. Eccles. cap. præcipimus 12. 24. q. 1. cap. literis 12. & ibi gloss. extr. de præsumpt. quare semper non mutata voluntatis conjectura vera creditur, ubi res manent in eodem statu. Alciat. de præsumpt. regul. 4. præf. 26. num. 3. secus si quid mutetur præsertim ab eo, qui actum facit ex ipsius voluntate sola dependentem. Alciat. d. præf. 16. num. 5. per l. confirmando 8. ff. de confirm. tut. & Auth. ex causa. C. de liber. præter. cap. valet 9. vers. plerumque distincti. 81. l. Paula 27. §. 1. deleg. 3. l. Mevia 13. §. fin. ff. de ann. legat. Bart. in l. quoties. §. si duo. col. ult. de hered. instit. Ex hoc axiomate colligitur: Eum, qui olim dominus erat, nunc etiam esse præsumi, etiamsi mille anni præterierint, post M. Grassium, Boerium, Men. Goedd. vol. 4. conf. 37. num. 42.

Declarat regulam procedere, ubi mutatio est odiosa futura, & quando instantiam fidei fallaciamque argueret: veluti in contractibus & pactis. l. sicut 5. C. de obligat. & act. l. sicut 12. C. de act. empt. l. Lucius 11. ff. de Evict. secus si odium ablit, & favor mutationem urgeat aut juris autoritas. l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. l. si unquam 8. C. de revoc. donat. Joh. Goedd. int. Conf. Marpurg. conf. 28. vol. 3. num. 90.

X.

Permutatio temporaria jus provinciæ non innovat. l. nemo 123. §. 1. ff. de Reg. Jur. Alber. de Rosate ad l. 2. ff. de alb. scribend.

Declarat non obtinere in casibus, ubi mutatio ipsam substantiam non afficit (hoc enim respectu jus provinciæ & possessionis & factum innovatur) sed ubi accidentalia tantum immutantur, ut in specie l. in delictis 4. §. si extraneus 1. de noxal. act. l. miles 22. de testam. milit. vel ubi temporaria permutatio quantitatis fit. Gothofred. in disp. de precedent. cap. 1. th. 1. add. & Hyppol. à Collob. ad d. l. 123.

De mutuo & furdo, an testari possint, vid. testamentum.

CAP. LXXVII.

Mutuum, Mutua.

Axioma I.

Mutuum non potest contrahi, nisi dominum rei transferatur. l. 2. §. in mutui datione ff. de reb. cred. §. 1. ubi Lud. Bebio vers. tertio quod res. Petr. Ricciard. n. 6. vers. sequitur in hoc per verba. vers. in hoc damus ut accipientium fiat. Thad. Pis. num. 6. vers. quatio requiritur & c. mutuum enim ideo ex eo dictum est, ut de meo tuum fiat, d. l. 2. §. appellata de reb. cred. Quid igitur causæ est, cur mutuo accepta à vero Domino credente non debeat dici propria mutuo accipientis pecunia? cum Dominus adnumeratione factus sit, adeo ut omne periculum statim ad debitorem pertineat eique pereat. l. quod te mihi 5. ff. de reb. cred.

II.

Negotium magis participans de mutuo, quam de alio aliquo contractu, mutuum præsumitur. Alex. in l. 2. pr. n. 6. vers. quid autem in dubio. ff. si cert. pet. Dd. in cap. quæstiones de rer. permut. Bart. in l. Aristo. in pr. ff. de contrab. empt. quem allegat & sequitur Jas. conf. 174. num. 1. vers. octavo facit. lib. 2. add. Regner. Sixtin. 1. Conf. Marpurg. 11. num. 39.

III.

Mutuum veram numerationem desiderat. l. 1. §. re contrahitur obligatio. 2. ff. de O. & A. quia re contrahitur. pr. Inst. quib. mod. re contrahit. obligat.

Intellige regulariter; speciali enim jure & ex benignitate sufficere, ut res mihi debita retineatur à debitore, nec traditionem vel numerationem veram necessariam esse, textus est in l. singularias. ubi Bart. Bald. Castr. Jas. Zaf. Alciat. Cagnol. & Dd. communiter. ff. si cert. pet. Nec obstat l. qui negotia 34. ff. mandat. Responderi enim potest, quod ibi Jctus de proprio & vero mutuo loquatur, dum negat mutui obligationem contractam sive pecuniā creditam esse in casu à se posito, ut not. Molin. in suo tr. Commenc. & Usur. quæst. 84. num. 652. qua de causa ex magis communi Dd. sententia ad contrahendum mutuum non sufficere retentionem pecuniæ debita, sed præter eam necessariam esse, ut parata fuerit pecunia ad solutionem docet Jason. in d. l. singularia. num. 41. d. tit.

IV.

Mutua delicta pari compensatione tolluntur, cap. ad id 21. extr. de sponsal. c. significasti 4. extr. de divorc. c. pen. & ult. extr. de adulc. Conf. lib. 3. c. 36. Ad quem locum hoc axioma propriè pertinet: Omnino Dn. L. Schroterum, disp. de compensat. c. 4. th. 35.

V.

Mutua pecuniam alicui, ut aliquid ultra sortem recipiat, pro usurario habetur, cap. ult. extr. de Usur. quia ex mutuo nihil sperandum est, cap. consuluit 10. extr. eod. cum ultra id quod datum est mutuum non contrahatur, etiamsi sit promissum. l. regasti 11. §. 1. ff. de reb. cred.

Unde

Unde actus dicitur permissus à charitatis fonte promanans. S. Thomas 2. *secunda quæst.* 78. *art.* etiam si mutuans secundario, aliquid à mutuum recipiente speret. S. Th. *ib. gl. in c. consuluit. verb. sperantes de Usur.* Navarr. *in manual. c. 17. num. 219.* Farin. 1. *conf. crim.* 75. *num. 84.* quod de jure Canonico indubium esse, adeo ut ne tale quidem pactum in mutuo, ut tantundem contra aliquando mutuo detur, admittant. Corn. *conf. 44. in consultatione. num. 5. voc. 2.* Henning. Gæden. *conf. de præscript. num. 88.* per ea quæ tradit Hostiens. *in d. c. consuluit. num. 8.* & Panorm. *ibid. in fin.* De jure enim civili stipulari, quid supra mutuum ad legitimum usurarum modum posse, text. sunt in l. 9. C. *de non numerat. pec. & l. 6. C. except. per.* vel etiam pactum mutuo adjicere licere, post Bart. & Jas. *in d. l. rogasti.* tradit Wesenb. *in parat. ff. de reb. cred. num. 16.*

VI.

Mutuum in aliam causam transfundi & converti potest. l. *singularia* 15. ubi Cagnol. *num. 192. ff. de reb. cred. l. si ex pretio 6. C. si cert. petatur.* Bertazol. 1. *consul. dccif. 49. num. 15.* ita mutuum in causam depositi posse converti, licet verè numeratio non interveniat, ex d. l. *si ex pretio 6. C. si cert. per. not.* Castr. *conf. 170. viso puncto. col. 1. circ. med. vol. 2.* Natt. *conf. 438. num. 6.* quod ex animo & verbis partium apparere, an mutuum an depositum facere voluerint, asserit Igneus *ad l. Contractus de R. l. n. 20.*

VII.

Mutuum quale datum est, tale etiam reddendum, arg. l. *data* 27. *Cod. de donat. l. 1. ff. de aleat.* Ratio, quia si nihil aliud convenit de ipsius mutui contractu, non est dubium, ut per-

æquè bonum reddatur, l. 3. *ff. si cert. petatur.* Si ergo peræquè bonum, consequens erit, ut secundum, quo acceptum est tradatur: quia hoc verbum non potest nisi ad id, quod datum est, referri. Pileus Modicens. *quæst. jurid. 35.* nec videtur redditum, quod deterius factum redditur, arg. l. 1. *§. si res. ff. de pos. l. quoties 6. ff. qui satisfac. cog.*

VIII.

Urbes, oppida, divites urgente subitâ Reipubl. necessitate Principi tenentur mutuas pecunias dare, quas deinde ex redditibus cum modico Interesse reddunt. Perez. *C. de superindict. num. 5.* Gail. l. 2. *obs. 5. num. 17.*

IX.

Pecunia publica potest mutuo dari, dummodo fiat in finem destinatum, e. g. frumentum, pistoribus. Brunnem. *ad l. 2. C. de frument. urb. Constantinop.*

X.

Mutuum probatur (1.) instrumentis, (2.) testibus, (3.) scripturâ privatâ & apochâ habentē sigillum, (4.) Libris rationum. Bart. *in l. 2. C. de reb. al. non alien. & in l. nuda ratio 26. ff. de donat. & in l. Publica 26. §. fin. ff. de pos.*

XI.

Mutuum marito datum præsumitur versum in rem communem. *auth. si qua mulier C. ad Scutum Vellej.*

XII.

Ex mutuo obligatur civitas, si in rem ejus versum sit. *Dd. in l. civitas 27. ff. de reb. cred.*

Qualis moneta in mutuo sit reddenda, vid. *moneta.*

FINIS LIBRI UNDECIMI.



LIBER DUO-